Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



69

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Benedictus es domine qui intueris abissos et sedes super cherubin. Benedictus es in throno regni tui et laudabilis in secula. Alleluia. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Sequitur sequencia benedicti.

Benedicto summe trinitati simplici deitati semper omnipharia. Parenti tui sempiternalis stat ydemptitas sempiternitas a narchos mira. Par verbo coessentiua sapiencia vera veritas explendet viua. Tibi et amborum voluntas pneuma et suauitas. Tu beatitudo sancta sanctitas es ex stantiua. Tres vnicum bonum simplex et principalissimum. Ons eius nobis ex quo vita stillat amor et zophia. Optima veraque eternitas eterna et optima veritas vera eternaque bonitas. Odia falsitas morsque cedant vultum tuum in nobis exprimat vsia ratio caritas. Fons in quo sunt viuunt quorum vmbras mortales expetunt in te delicie decus sotheria regnum virtus victoria. Fac tuos supplices tue dilectionis compotes effuga demones nomen xanum glose magnifica. Pater el eloy ekedy yach sadaylux samay tu yeye rex sabaoth in effabile adonay tuum nos plasma conserua. Proles emanuel mire mirabilis summe consul deus fortis dominus iustus pater futuri seculi princeps pacis ihesu messya nos salua. Spiritus timoris pietatis sciencie fortitudinis consilii intellectus ac sapiencie nos illustra vnge sanctifica. Simplex trinitatis tu vnitas trinitatis vna deitas purga culpas egros sana hostes pacifica solue vincla

9.